1532 e 22 februarij

Sigismundus primus Rex Poloniae Episcopo Vigoriensi

34

Reverendissime in Christo Pater sincere nobis dilecte. Declaravit nobis venerabilis Stanisla Krzeryca Juris D. et Basilicae B. Petri minor Penitentiarum ac Sollicitator istic apud S. Sedem P. vestram in expeditione extensionis bullae ordinariorum Regni nostri in favorem nostrum concessae studium propensionem suam erga nos declarasse, pro qua et eius officij gratos nos esse cognoscat, agimus et habemus illi gratias non vulgares benevolentiaque et gratificatione nostra Regia, id quod eius in nos propensionis agnovimus cumulate illi per occasionem referre curabimus modo illa hunc quem cepit affectum erga nos gerere et operam negotiis nostris accommodare non desinat. Bene valeat Paternitas vestra et sit semper felix. Datt. Cracoviae die 22 februarij anno Domini 1532.